




# **Isebr. Eil. Harkenrothii Lectiones litterariae Graeco-Latinae ad Cornelii Frontonis grammatici veteris fragmenta,**

<https://hdl.handle.net/1874/380027>




Hs. I  
M. C. N. 10


924 (Gr. 21.) Charta. 4°. 186 pp. Saec. XVIII.  
Ejusdem Lectiones literariae graeco-latinae ad Corn. Frontonis grammat.  
vet. fragmenta.


Hs.  
1 C 10


Aevum vetus.  
Scriptores graeci.

Nº. 21









Cornelii Frontonis  
Grammatici Veteris quae supersunt  
Fragmenta.





1840

James M. Smith

1840

Fronto, Μελοπίας. Onom. Vet. Latinis,  
magna cui frons erat, cognominabatur quon-  
dam, sicut Capito, Dento, Labeo,  
Naso

Cicer. N. Deor: 1: 29.

Frontonum cognomine plures citantur  
clarissimi viri, non vnices aetatis doctissimi  
litteratissimi que homines, quos ordine recensere  
longum foret, eorum autem plerosque indicauit  
Oruphrius in Fastis

Fronto. Altitudo. Longitudo. Latitudo.  
Inspice. et. describere. quae. sunt. in. hinc. inde. parte.  
Locus. in. Italia. etc.

Fronto. Altitudo. Longitudo. Latitudo.  
Inspice. et. describere. quae. sunt. in. hinc. inde. parte.  
Locus. in. Italia. etc.

in Hierosolymorum obsidione sub Tito,  
meruisse Frontonem, gravissimus auctor  
Josephus Bell: Jud: VI: 4: 9. memoriae  
prodidit, eumque e primariis unum fuisse sex duum,  
quibus de Templo deliberavit imperator. πρὸς οὓς  
Ἰσοκρίων ἢ Ἀιτίκιος, Ἐπαλοῦς δὲ ἦν τῶν ἀπὸ Ἀδριανῶν,  
ὁμοίως δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλος. cum quibus erat etiam Acternius  
Fronto praefectus duarum legionum Alexandinarum.  
forte Αιτίκιος, Literius nomen eius fuit, indicio  
et Rost

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Suidae Φρόντων Ξυμβητός Πήλιος μεδονίος  
ἐπὶ Σωκράτους τῷ Βασιλείῳ ἐν Πύρρῳ. ἐν δὲ  
Ἀθήναις ἀντεπαίδευσε Φιλοσόφῳ τῷ πρώτῳ.  
ἢ Ἀφίῳ τῷ Τάδεσσι. ἐτελεύτησε δὲ ἐν Ἀθήναις.  
περὶ 5. ἐστὶ μεδονίος ἢ ἀδελφῆς Φροντωνίδος  
παῖδα ὄντα Λογίων τὸν Κριτικὸν κληρονόμον  
κατέλεπεν. ἔγραψε δὲ δοχρῶς λόγους.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to its orientation and fading. It appears to contain several lines of text, possibly a list or a series of entries.

CCXXXV. Olymp: 4.

Fronto, orator infiquis habetur,  
qui M. Antoninum Verum, Latinis litteris  
eradiuit.


M. Antonin  
de se ipso.  
I. v. 22.  
v. Gataker.




Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to include the name "M. Thompson" and some illegible words.

M. Thompson  
at the office  
of the  
Secretary







~~1789~~

Differentiae

iam pridem Aemi Palemonis Differentiae Sermorum,  
ex libro Suetonii prodierunt. in Miscellan: Observ. Nov:  
An. d. 1524. Tolosa: VIII. p. m. 977 —

Probi Valerii Differentiae etiam. p. m. 996 —

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain several lines of cursive script.

ad  
Cornelii Frontonis

Grammatici Veteris

Fragmenta.

1. Vltio, vindicat factum: Vindicta vel Vindicatio,  
futura prohibet. Ideo Mars ultor, non vindex  
dicitur.

1. Vltio, ἄλτιος, τυρωγία. in Gloss. Philoxeni. Latinis  
dicitur ab antiquo verbo ἄλτιω vel ἄλτιω, Graecis vel  
ἄλτιω, vltio, vltio idem significante quod  
perdo, cuius inchoativum vltio ex genere de-  
ponentium in praeterito perfecto vltio vestigia  
verbi antiqui retinet.

2. Vindicta, τυρωγία, πρωστυγία. in Gloss. Philoxeni.  
in Onomastico Vetere Lat: Gr. redditur ἄλτιω.  
Philoxeni XVIII. Vindico in utraque signifi-  
catione invenitur, tam pro laeso, quam contra laedentem  
accipiendum: unde vindicta non solum poena, sed etiam  
liberatio accipitur. Unde & adversio tam a servitute  
in libertatem, quam a libertate in servitium trahi  
significat. nam Vindicta dicebatur virgula quaedam,  
quam lictor manumittendi capiti servi imponens, eundem  
servum in libertatem vindicabat.



3. Vindicatio; Ἐκδίκη. in Glos. Philoxeni. inter-  
prete Cicerone de Invent. II: 53. vindicatio est, per quam  
vis, & iniuria, & omnino quod obfuturum est, defendendo  
aut ulciscendo propulatur. ὀρεκδοξικὸς accipitur de  
actione omni, qua vim & iniuriam propulsamus aduer-  
sus eos, qui nobis res nostras aut ius in rebus cran-  
ptum eunt.

4. Ultor, Τυωγός. in Alphabetico Vetere. Lat. Gr.  
reditur. qui punit, vindicat, factum. Ciceroni (de Cla-  
ris Orator.) Duo praeterea Consulares, quorum  
Publius ille nostrarum iniuriarum ultor, autor salu-  
ris.

Livio II: 41. in hanc rebus neglige ultor,  
 gravem se ad maiora vindicentem seculabat.

epitheton Martis, qui res Romanas ultus est: huic  
Ultori Templum statuit Augustus, auctoribus Suetonio  
in V. cap: 29. Ovidio Fast. v. 590 — Vell. Patere. II: 100  
ad IV. Id. Maia. A. U. C. 733. & Bis-ultori, velut  
Ovidio audit Fast. v. 595.  
5. Vindex, Ἐκδικος. in Glos. Philoxeni. qui futura  
male facta prohibet.

etiam Vindex speciatim appellabatur, qui, cum cui-  
piam esset iniecta manus, ut ad praetorem iudicem  
duceretur, eum liberabat & sese pro eo obligabat,  
quo minus is, qui pressus erat privata auctoritate,  
ab aliquo teneretur.

1. Prada, victos spoliat: Rapina, subito verit. Itaque illa, victoria gaudet: haec petulantia.

2. Prada, Ἀγραπή. in Glos: Philoxeni. etiam Ἀία, Ἀγδασία. in Onomastico Vetere. Varroni de L. Lat. IV.

Prada est ab hostibus capta, quod manu parva, ut parida prada. & Lib. VIII. à pradando dicitur.

Nonio Marcello cap. 5. num: 39. Prada corpora ipsa rerum, quae capiuntur.

proprie dicitur id, quod in venatione capitur. Uitio ad Nemesiani Cyneg. x: 50.

3. Rapina, Ἀγραπή. in Onomastico Vet. Lat-Graco.

Donato ad Terent. in Adelph. III: 3. x. 2. Raptio autem ad personam refertur, Rapina ad rem, Raptus ad stuprum, si volumus proprie loqui.

nimirum raperere Latinis festinationem infert, & raptim auferre, vel cum impetu quodam aut violentia.

3. Prædator, Ἀποφραγῶσος. victoria gaudet. Onom: Vet

4. haec petulantia.

3. Victoria, Νικη. in Glos. Philoxeni. plenissimam  
deuotionem dicit, ut hostis non amplius habeat pa-  
ciscedi potestatem; natura insolens et superba, et  
cruenta est.

quondam Victoria Dea pingebatur pinnata et aligta,  
e caelo deuolans ad eos, quos, suis successibus, coro-  
na et palma ornare uellet, praecipit.

4. Petulantia, Ανανδία, Προνέλεια. in Glos. Philoxeni  
Nonio Marcello cap. 1. num. 89. dicta est a petendo.  
cap. 2. num. 712. pro improbitate, lasciuia, licentia  
cum iniuria, obscenitate et impudentia,

modestias et  
pudori contraria. Cicer. Catilin. II. c. 33. ex hac parte  
pudor pugnat, illius petulantia.  
eaque linguae procacitas, dictorumque effrenis  
et efusa acerbis dictis et conuiciis profundendi  
libido unde petulans de eo, qui proteruo impetu alium  
ludit, effrenatus ad vitia. Testo Petulantes & Se-  
tulis, etiam appellantur, qui proteruo impetu, & crebra  
petunt laedendi alterius gratia. bonumque homi-  
nem lingua consectantur petulantissima, et  
contumelia, quae petulantius iactatur.

1. Cur, simpliciter percontatur: Quare, causam rationemque desiderat.

1. Cur, Διά τί. in Glos. Philoxeni. Cur. τίος ἔνεα.  
Onom. Vet.

eleganter ponitur hoc interrogandi adverbium, ubi  
praecesserit vocabulum causa, aut simile, ratio, ar-  
gumentum.

2. Quare, Διὰ τί, Διότι. in Glos. Philoxeni. quae de re,  
quam ob rem.

Vide Horat. Turbellinum de Particulis L. Lat. cap. 102.

Sed quare numeri sit singularis, tamen pluralis sub,  
inquitur. Cor. Nepos in V. Caton. c. 2. et multas res,  
novas in edictum addidit, quare luxuria reprimetur,  
quae iam tum incipiebat pullulare.

1. Qui deliquit, non fecit quod facere debuit:  
 2. Qui peccavit, hoc fecit, sed parum recte.

1. Delinquere Ἀναγλάρειν. in Glos. Philoxeni. & Deliquit, Ἠνάγλεν. Festo Delinquere, est praetermittere, quod non oportet praeteriri. Hinc deliquia & delicta. Deliquum, Πλάισμα. Delictum, Πλάσμα, Ἀπέδμνα, Ἀπέδμνα, Πλάισμα. Glos. Philox. inter Delictum et Peccatum hoc interest, quod delinquimus, cum iussa salubria non implemus, peccamus, cum quae iubentur, non agi praesumimus. in Excerpt. Different: Bongarsii.

2. Peccat, Ἀναγλάρειν. in Glos. Philoxeni. peccat in re, erga vel in aliquem.

Vide Phil. Sarei Lexicon Crit. in Peccare.  
Becco, Ἀναγλάρειν. Onom. Vet.

Peccare fricte dicebatur fortari.

1. Remedium, ne periditemur datur; Medicamentum,  
ad subita pericula aptatur. Atque ita remedium  
sub moret imminencia, medicamentum sanas non  
sanat.

1. Remedium, Ἰάμα, Ἀντιφάρακον, Βοήθημα,  
Ἐξαπεία. in Gloss. Philoxeni. quaerere remedium  
ad aliquam rem. malo remedium inuenire dicitur,  
quod efficax, praesens, salutare remedium sibi com,  
parat. remedio acioribus saluti suae subuenire.  
et quae eiusmodi formulae in elegantioribus ponuntur.

Remedium, Ἰάμα, Ἀντιφάρακον. Onom. Ver.

2. Medicamentum, Φάρακον, Ἰάσμα, in Gloss.  
Philoxeni. est quo homines, vel animalia cetera  
curantur. Nonio Marc. cap. 4. n. 297. medicamentum  
rursus venenum, ut Graece Φάρακον: vel producta  
eius verbi prima syllaba, quod apud Medos venefici  
sunt plurimi. secundum Virgilium Georg. II. v. 426.  
Medea fert tristes succos, tardumque saporem,  
Felixis mali, quo non praesentius ullum —

ita quod de Hannibale Corn. Nepos in v. c. 32.  
venenum sumit. Varro propi Ἐξαπεία bibit medi,  
caamentum scripsit. sede Nonii Marc. c. 4. n. 297.

Section: Literar: Gr: Lat.

1. Flumen, idem fluit & manet: 2. Fluvius tem,  
poribus siccatur.

1. Flumen, Fluvius, Πόταμος. in Oronastico Vetera.

Varroni de Ling: Lat. IV. Flumen quod fluit con-

tinuè. sic Nilus flumen dicitur Phaedro I: 25.

in Excerpt. Differ. Dongarfii. inter Flumen et

Fluuium, Artem et Torrentem hoc interest, quod

Flumen a fluere dicitur. Fluuius a temporali

aqua est. Artem ab ambitu cognominatur.

Torrentis qui hieme intumescit et imbribus niui-

busque completur.

2. Fluvius quod fluit Varroni de L.L. IV.

subauditur alveus.

Isidoro Origin: III: 21. Fluuius est perennis

aquarum decursus, a fluendo perpetim dicitur.

Proprie autem Flumen, ipsa aqua, Fluuius

curfus aquae. Fluvius autem flumen quam

fluuius, id est prior aqua, quam decursus.

<sup>1</sup>. Corinthium civem dicimus, <sup>2</sup>. Corinthiacum vas,

<sup>3</sup>. Corinthiensem fontem.

1. Corinthus, Κορινθος Stephano πόδις ἔσω τῷ Ἰσθμῷ  
τῆς Πελοποννήσου. . . . οἱ ποδῆλαι Κορινθίου.  
sic Corinthium civem Latini dicunt.

Plauto Aulul: III: 6. p. 23. Corinthiensis.

2. Corinthiacum vas

vasa Corinthiaca pretiosa quondam habita legimus.

Plin. N. H. XXXIV: 2.



Lectio: Literar: Gr. Lat.

1. Picenum vas dicimus: 2. Picentem vero hominem1. Italiae regio trans montem Apenninum, et inde ad mare, extensa dicebatur Picenum2. Picentem Grammaticus hominem, civem Piceni in provincia, voluit, sic Floro 1:19. Domiti ergo Picentes, & caput gentis Afulum; Sempronio duce:

1. Rosceum, per se: 2. Rosaceum, mixtum.

1. Rosceus & Rosaceus, Podicos, in Onomastico Vetere.  
 Latinis, Frontone nostro iudice, distinguitur. Rosceum,  
 quod per se. rubor roseus Ouidio Amor: III: 3. 8. 5.  
genae roseae Virg: Aen: XII. 7. 606. rosarum vinum  
rubet ac rosa Miletia. Spido: Orig: XIX: 3. rosea  
dea, aurore. Ouid: de Art: Amandi III. 7. 84.  
panno roseo cooperire. Sallad: 1: 35. colore fulgent  
roseo. Plin: N. H. XIV: 1.

2. Rosaceum, mixtum, v. gr. oleum rosaceum, ex  
rosis confectum. Plin: N. H. XX: 3.  
vinquentum rosaceum. Isidor: Orig: IV: 12.  
corona rosacea. Plin: N. H. XXI: 3.

Lectio: Literar: Gr: Lat.

<sup>1</sup> Fufco album opponitur: <sup>2</sup> Nigro candidum.1. Fufcus, Μελαγχεος. lege Μελαγχεος. in Glos.Philoxeni. emendante S. Vulcano. Μελαγχεος.Fufcus, Cerulus. in Glos: Cyrilli.2. Niger, Μελας. in Vet. Onomastico.

Qui <sup>1</sup> pugnat, resistit: qui <sup>2</sup> oppugnat, obsessor est:  
 qui <sup>3</sup> impugnat, per omnia inimicus est. Itaque  
pugnat exercitus: oppugnantur vel castra vel urbes;  
impugnantur inimici.

1. Pugno, as, μάχομαι. in Vet: Onomastico. a pugnis,  
 dicitur pugna, inde pugnare, cum hoste, in hostem  
 vel contra aliquem. A. Gell. N. d. VII: 2. inter se.  
pugnis contendere proprie  
pugnare autem est pugnam ciere, committere cominus  
 quando pugnatur armis. Virgil: Aen: VII: v: 555.  
 iuncta sunt adpugnare, compugnare, depugnare  
expugnare, repugnare.
2. Oppugnat, ὀπποῦμαι. in Dios: Philoxeni, obsessor  
urbem, oppidum. obsidere, oppugnare, et benefactare  
urbem iniquatur.

propugnat pugnando resistit

3. impugnat adversatur.

expugnat pugnando capit urbem, aedem, castra.  
 dictis et factis alicui repugnat et resistit  
 aliquis  
depugnat una pugna unoque proelio qui de tota  
 re totoque bello decernit.

Section: Literar: Gr: Lat.

1. Album, natura: 2. Candidum, cura fit.

1. Album, λευκόν, λεύκωμα. in Glos: Philoxeni

Fusco album opponitur: Nigro candidum. <sup>supra</sup>

2. Candidus, καθαρός. in Glos. Philoxeni.

In Excerptis Bongarsianis legitur. Inter album  
& candidum hoc interest, quod album naturale  
est, candidum cura facit.

Candidus homo probus, qui non aliud clausum  
pectore gerit, quam quod ore exprimit. et Can-  
dor animi probitas. Latinis demum Ovidii  
aetate et usu inualuit, iudicio Cicronis. <sup>lib.</sup>  
III. Trist. Eleg. 6. v. 7. IV. 5. v. 3. Verburarum <sup>lib.</sup>  
II. v. 572.

1. Decus, honoris: 2. Decor, forma: 3. Decorum, actionis.

1. Decus, Τύχη. in Gram. Vet. in Glos. Philoxeni  
Δεως, Δόξα, Κόσμος, Εὐπρέπεια, Πρεσβή.

2. Decor, Εὐπρέπεια. in Glos. Philoxeni. de forma.  
Quantum decoris corpore & vultu geris! Phaedro. 1: 10.

3. Decorum, Κεκοσμημένον. in Glos. Philoxeni.

1. Pompeii porticus, si possidet: 2. Pompeia, si publicavit: 3. Pompeiana, si in alterius dominationem venit.

1. Pompeii porticus, clarissima fuit prope eius Theatrum à tergo scenae theatri, cuius curva pars campum Flora attigebat, centum columnis sustentata, ἑκατόστων, cingebatur platano, loci pulchritudinem augebat in aestate frigus, fontis structura & aquarum copia. laudatur Propertio  
ll. 23. v. 45— Vide Plinium Nat: Hist: xxxv. 9: 10: 11:

2. Pompeia, si publicavit.

3. Pompeiana, si in alterius dominationem venit. Vitruvius V. 9. " Post scenam porticus sunt constituenda, uti cum imbrebres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quo se recipiat ex theatro; choriagiaeque laxamentum habeant ad chorum parandum, uti sunt porticus Pompeiana.

1. Satiatus, ventris: 2. Saturatus, animi.

1.

Phaedrus III:7. & 14. de cane domestico.

Et otiosum largo satiari cibo?

max. N. 24. Sic sine labore venter impletur meus.

Sic satiari supra modum & abundantiam.

2. Saturatus.

mens faturata bonarum cogitationum, epulis  
Cicer. Divinat: 1: 29.



1. Obiurgat, eum cuius habet potestatem: 2. Monet propter benevolentiam: 3. Admonet, ut comm. firmet memoriam: 4. Submonet, ut possit ordinatè pronuntiare. Igitur in obiurgante potestas, in monente benevolentia, in admonente memoria, in submonente officium.
1. Obiurgo, Επιτιμῶ. in Vet. Onomastio. verbis vel verberibus eum, cuius habeo potestatem.

Pareus in Lexico Critico, videatur in Obiurgare. Obiurgatio post turpe factum castigatio. Monitio vero est ante commissum. Paulo Diacono Epitoma, tori Festi.

2. Monet, Ἰσχυροῦ, Προμνησκει. in Glos. Philoxen observatur Pareo in Lexico, quod monere velit memorem facere & quasi memoriam suggerere, propter benevolentiam.

ad Corn: Frontonis Fragmenta.  
etiam monere consilio, hortari impulsu. explicat Do-  
natus ad Terent: Aec. 1: 1. v. 7.

3. Admones, Παγαίνεω. in Vet: Onomastio.

4. Submonet

Terentio Luxuch: III. 5. v. 22. Submonuit interprete  
Donato, leviter monuit & recte.

1. Antiquum est, quod excescit patrum memoriam:  
 2. Vetus, annorum multorum fertit utilitatem.  
 3. Vinum, hoc melius est, quò fit vetustius.

1. Antiquum & Vetus quandoque coniungit Plautus indicante Pareo, & potest eadem res, (inter, prete Taubmanno ad Plaut. Mostell: III: 2.) esse antiqua; quia à maioribus accepta: & vetus, quod à nobis, vel ab aliis, nostra etate olim usurpata fit.

2. Vetus  
 antiquis Veter

3. Vinum hoc melius est, quò fit vetustius.

elegans Sed prolixior est locus ubi de Falerno vino  
 peres Ciceronem Orat. cap. 85.

1<sup>a</sup> Sartrix, qua farcit: 2<sup>a</sup> Sarcinatrix, qua farinas  
servat.

1. Emendante Vulgaris legeres Sartrix, sed in editis  
Philoxeni Glosfis habetur. Sarcinatrix, Ἰνρίτρα.

2. Sarcinatrix, Πάρησ. in Vet: Onomastice.

## Lectio: Literar:

Gr. Lat.

1. Videmus natura, 2. Spectamus voluntate, 3. Intuemur  
 cura, 4. Aspicimus ex improvise, 5. Animadvertimus  
 animo, 6. cernimus oculis.

d. Video, à visu: quinque enim sensuum maximus  
 est in oculis. Nam cum sensus est nullus, quod  
 abest mille passus, sentire possit, oculorum sensus  
 usque ad stellas pervenit. Varroni de L. Lat:  
 v.

2. Spectamus voluntate. Specto, as, θεάομαι, Ἀπορίω.  
 in Vet: Onomastico.

3. Intuemur cura, Intueor, σκοπέω. in Onomastico.

4. Aspicimus ex improvise, Aspicio, Ἐμβλέπω. in  
Vet. Onomastico.

5. Animadvertimus animo, Animadverto, Ἀισθάνομαι.  
in Vet. Onomastico.

6. Cernimus oculis, Cerno, Βλέπω. in Onom. Vetere.

<sup>1</sup> Ostentum, quod prater consuetudinem offertur, ut puta si vin deatur terra ardere, vel eolum, vel mare: <sup>2</sup> Portentum, quod poro & diutius manet: <sup>3</sup> Monstrum est contra naturam; ut est <sup>4</sup> Minotaurus: <sup>5</sup> Prodigium, quod mores faciunt, per quod detrimentum expectatur. Itaque qui prodigia faciunt prodigi vocantur. In Ostento raritas admirationem facit, in monstro, rectus ordo natura vertitur. in portento, differ tur eventus. in prodigio, detrimentum significatur.

1. Ostentum, Πάρασκευα, Διοσχευία. in Glos. Philoxeni. in Enomast. Vet. Ostentum, Τέρας. Signa sunt, quae adscribantur illa Nonii Marcelli cap. 5. num. 31. & Monstra & Ostenta similiter intelliguntur, quod imminetia monstrant ostendant. Omen vero notum est mentis, & vocis. unde sacrificantibus dicitur, bona omnia habete, id est, ut cum constantes & mente recte velint, & bona oribus proferant Portentum non solum quod portenciat; sed etiam quod iam apporet, & faciat ex his significationibus, quae in auspiciis & auguriis, & extispiciis ostenduntur. Prodigium autem semper pessimum est, dictum quasi poro ad eundem. Virg. Aeneid. lib. III. (x. 365.)

" Sola novum, dictaque nefas, Harpigia Celano  
" Prodigium carit, & tristes denunciat iras,  
eiusdem Nonii sunt. c. c. num. 54. " Monstra, & Prodigia  
" & Portenta hoc distant: quod sunt Monstra, & Ostenta, mo  
" nita deorum. Virg. lib. III. (x. 59.)

" Monstra delum refero, - - - - - primumque parentem  
" Prodigia, deorum mina, vel ira. Idem libro tertio: (x. 365.)  
" Sola novum, dictaque nefas Harpigia Celano  
" Prodigium carit, - - - - -  
" et libro sexto: (x. 364.)  
" Prodigius acti coelestibus, ossa piabunt.

" Portenta

" Portenta, ostenta, quae aliquid imminere significant.

" Lucl. lib. xxv. Nisi portenta, arquesque volucres, ac

" pinnatos scribitis. Nunc sufficiunt haec citata, quae  
conferenda ubi forent, redeamus in viam. Festo, vel eius

Epitomatori observatur. Ostentum, ostentatum. certe Festo,  
quamvis insigni defectu textus labores in Editis. "Ostentum,

" non solum pro portento poni solere, sed etiam participialiter..

" . . . testimonio est Sacurius in Medo. . . . atque

" eorum in ipso tempore ostentum senem. & Attius in Dacchis.

" praefens praefo irridetis nobis . . . . stipe ultro

" ostentum obtulit. Ostentum, quo nunc utimur interdum

" prodigii vice, quin participialiter quoque dici solitum sit,

" non dubium. facit etiam C. Gracchus de Legibus à

" se promulgatis. cum ait: quod unum nobis in ostentum,

" ipsis in usum asportatur.

Proinde Frontoni nostro bene ostentum explicatur, quod praeter  
consuetudinem offertur, certe in ostento raritas admirationem  
facit, velut si videatur terra ardere,

coelum ardere, visum,

mare ardere, quod plane alienum.

Sed tamen in ostento, quod ardere licet, quondam attende,  
batur portentum quid, unde explicetur phrasia illa procurare  
ostentum, Phaedro. III. 3. sacrum facere ad expiandas miras  
portenti, interprete Frontonio. Vide Dispositum in Collectaneis.



2. Potentum, Τέρας, in Glos. Philoxeni. ius qua ex Nonio  
Marcello apposta addantur illa Festi. quo auctore defini-  
 mus. " Portenta, existimantur quidam grana esse, ostenta  
 " bona, alii portenta quidam bona, ostenta quidam tristia ap-  
 " pellari. portenta, qua quid poro tendatur, indicent. ostenta  
 " qua tantummodo ostendant. monstra, precipiant quoque res  
 " media. & Paulo Diacono eius epitomatori, Portenta res  
 " fieri dicuntur, cum solita corpora raro se ostendunt, ut cometae  
 " turbines, barathra, fereno caelo facta tonitrua. unde Porten-  
 " ta dicuntur Nonio Marcello cap. 4. num. 383. qua ali-  
 " quid portendunt, ut saepe. Portenta, inania quaedam &  
 " irridenda. Lic. Tusc. lib. 1. Aut quid negotium est haec  
 " poetarum, & pictorum portenta convincere.

Vide de portentis. Isidorum Orig. xii: 3.

3. Monstrum, Τέρας, Σημεῖον, Παράδειγμα. in Glos. Phi-  
 loxeni. Festo, " Monstrum, ut Filius Stilo interpretatur  
 " a monendo dictum est, velut monestrum. Item Sinnius Can-  
 " pito, quod monstret futurum, & moneat voluntatem deo-  
 " rum. quod etiam Prodigium, velut praedictum & quasi  
 " praedictum, quod praedicat eadem, & portentum, quod poro  
 " tendat, & significet. inde dici apparet id quartum, quod  
 " mibi

- " mihi visum est adiciendum, praesertim cum ex eadem
- " significatione pendeat, & in promptu sit omnibus, id est ostentum,
- " quod item ab ostendendo dictum est. Monstra dicuntur
- " naturae modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis
- " cum quatuor alis, homo duobus capitibus, iecur cum distabit
- " in coquendo.

4. Minotaurus Μινώταυρος Πασίφαιος υἱός. Helicchio.  
 quem fingunt, ac Virgilius in Aiadna  
Dextera parte virum, dextera parte bovem.  
 explicavit Virgilius Aeneid: VI. N. 24. —

5. Prodigium, Φάρλασσα, Τέρας, Διός σφεῖρον. in Glos.  
Philoxeni. Prodigia Festo quod prodicunt future: permu-  
tatione & litera: nam quae nunc C appellatur, ab  
antiquis & vocabatur. Unde Prodigiatores hinc haruspices  
prodigiorum interpretes. Nimirum in Edictis Septi legebatur  
prodicunt, sed malim prodicunt, enim prodicere in publicis  
 & sacris usitatum verbum, quod mihi gratulor, observatum  
Phil. Pareo

Lectio: Literar:  
Phil: Pareo in Ind. Critico.

Gr. Lat.

6. Prodiqi vocantur Cornelio Frontoni nostro, qui pro-  
diqi faciunt. an non in eo laboret debito.

1. Turbam angustus locus facit: 2. Frequentiam, multi-  
tudo.

1. Turba, ὄχλος κὶ τάραχος. in Glosf. Philoxeni.  
Sane turba proprie est multitudo in angusto loco. Phaedro  
I:10. Fabritia III:10.

- obiter ex Nonio Marcello cap: 12. num. 26. fiat.
- " Turbam & Turbas, diverfam volunt habere significationem,  
" ut fit turba populi conventus, turba, turbationes. Nos  
" contra lectum invenimus & indiscrete positum, & pro  
" turbis turbam. Acc. Atthamante: Ah dubito, ah quid agis?  
" cave ne in turbam te implices. Idem Strasias ais, vel  
" Trophao: non vides, Quantam turbam, quantoque fluctus  
" concites? Turpil. Trasibileone: Nemo unquam vidit ebrium  
" ire interdum, Neque turbam facere, neque fores exurere?  
" Terent. Eunuch: Ne quam ille hodie infanus turbam  
" faciat, aut vim Thaidi. M. Tul. de Senectute: Cum in  
" illud divinorum animorum concilium, coetumque pro-  
" ficifear, cumque ex hac turba, & colluvione discedam.  
" Plaut. Aulul. Pedes intro, ne quid hic turba fiat!  
" Cecilius Umbris: Mirum adeo, nisi frater domi ebrius  
" turbam aliquam dedit.

2. Frequentia Grammatico multitudo & serie. In Excerptis  
 e Vett. Glos. Frequentia, Ποσωνολογία.

Vide Phil. Pseum in Indice Critico.

Qui<sup>1</sup> putant, omni genere errant: qui<sup>2</sup> suspiciantur,  
aliquo modo prouident.

1. Puto, Πύω, Νομίζω. Putat, Δουτέ, Κηδεύω,  
Φείδω. in Glos. Philoxeni. Elegans Nonius Marcellus  
cap. 4. num. 82. nunc legatur. "Putare, colligere,  
" conferre. Plautus Aulularia: Cur putatur ratio cum  
" argentario?

" Putare, dicitur purgare, rarefacere. Virgilius Geor. lib. 2.

" Fingitque putando. In Onomast. Vet. Puto, Κηδεύω.

Festo, "Putus antiqui dicebant pro puto. unde putata  
" vites & arbores, quod decidis impedimentis remanent.

" putas. aurum quoque putatum dici solet id est,

" expurgatum. & ratio putata id est, pura facta.

" Putare, aptare. Titin. Fullon. Dare pensam laram, qui

" non reddet temporis Putatum recte, facite ut multetur

" malo.

" Putare, animo disputare. Vir. Aeneid. lib. 6.

" Multa putans, fortemque animo miseratus iniquam.

" Ennius Thyeste: Ibi quid agat, seum cogitat, parat, putat.

" Caecil. Exule: Non haec putas, non haec in corde ver,  
" fantur tibi?

"fantur tibi? Plautus Amphitryone. Quo id, malium  
 "pacto potest? nam. mecum argumentis puta.

"Putare, & fimare. Terentius Andria: Recte putas.  
 "M. Tullius Epistolis ad Casarem li. 2. Quos sapientes  
 "homines, boni putant. Lucil. lib. xxxix. Serge amabo,  
 "ac, si potes, face dignam me ut vobis putem.

Sane putare Veteribus proprie significabat, vacantia  
 ex quacunque re & non necessaria, aut etiam non obsequia  
 & aliena auferre, excidere. Sic putari arbores ac  
 vites dicuntur, ut monet Nicolaus Perottus in Comm.  
Ling: Lat. p. m. 69. Edit. Aldina. & non indigemus  
 exemplis. Observatur Grammatico nostro, quod atten-  
 damus. Putare, omni genere errare. Donato  
 ad illa Terentii in Andria 1: 1. v. 86.

"Hæc ego putabam esse omnia humani ingenii,  
 "Putare est eius, qui simplicitate pectoris aberravit.

plura dabunt Phil. Pareus in Ind. Critico.

2. Supplicantur qui aliquo modo praevident. interprete  
nostro Frontone. in Gloss. Philoxeni. Supplicari, Ἰκονλευν.



1. Frater, aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse. 2. Germanus, ex iisdem parentibus fit necesse est.

1. Frater, Ἀδελφός. Frater Ἀδελφός. οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀδελφός καὶ πατήρ. Ἀδελφός γὰρ ἢ μήτρα ἀπέλας. Helichius interprete. Festo Frater à Frasco dictus est Phyllog, vel quod fit ferre alter. in editis vitiose Phyllog corrigere Phyllog vel Phallog. Helichius Phallogas explicat eos τῶν αὐτοῦ μετέφορος Phallogas, sicut Severus & Phyllog ἀδελφός. Omnino Latinis frater à Frasco Phyllog, si quid suo. Caterum S. Nigidius, homo quamvis impense doctus, non minus argute subtilique. ἐπιμύ interpretatur frateris vocabulum. Frater inquit est dictus quasi ferre alter. iudice A. Sallio Noct. Attic. XIII: 20. ubi Gronovius fratres probabiliter dictos epi, namer, quia per illos fragitur, vel frangitur, & in duos vel plura dividitur genus. Nolim de eo disceptare. Latinis Frater dicitur qui ex alia matre vel ex alio patre natus

2. Germanus, Γερμανός, Ἀδελφός. Germani, Ἀδελφός, Γερμανός in Ilos. Philoxeni. & in Onomast: Vet. Germani Γερμανός. ex iisdem parentibus fit necesse est. interprete Grammatico nostro. Festo, Germanus est, quod ex arborum furculis nascitur, unde & Germani, quasi eadem stirpe geniti. etiam Isidoro Orig: IX: 6. Germani de eadem genitrice manantes. Nimirum germanus quidem frater ex iisdem parentibus, sed & de ὀνομαζέτω sed diversa matre nato & vicissim de ὀνομαζέτω intelligitur alio quando, quod observamus ex sensu & connexionione.

1. Sermo, omnium gentium est: 2. Loquela, cuiusque gentis dialectus propria.

1. Sermo, λόγος, ὀμιλία. in Gnomast. Vetere. Isidoro Orig: VI: 8.

" Sermo autem dicitur, quia inter utrumque fertur. Unde &

" in Virgilio,

Multa inter se longo sermone

" ferebant.

2. Loquela, ἁδία. in Gnomast. Vetere. cuiusque gentis dialectus propria. Graecis sane ἁδία. Matth: xxvi: 70. Marc: xiv: 70. quamvis non ubique, hinc Varroni de L. Lat. V. observatum adferberem. quidam Loquelam dixerunt, verbum quod in loquendo efferimus.

<sup>1.</sup> Comes, iter facit: <sup>2.</sup> Assecta, sequitur potentiorum: <sup>3.</sup> Sodalis adolescentia nomen est: <sup>4.</sup> Clientis, implorat opem & fidem. Ita Comes titulus, assecta officiosus, Sodalis amicus, clientis submissus.

<sup>1.</sup> Comes, Συνοδοστος. in Glos: Philoxeni. in Onomast:  
 Vet: ἀξιόστος.

<sup>2.</sup> Assecta, Ἀσέστος. in Onomast. Vetere. Sequitur potentiorum. unde assectas ab eo, quod asunt, & omnibus iussis dominorum praesto sunt, esse vocitatos. Suspicabatur Nonius Marcellus cap: 1. num: 280.

<sup>3.</sup> Sodalis, Σύσσιλος. in Onomast. Vetere. Fortè hic titulus exiit Glosis Philoxeni. Socrus, Πενδερός. Οὐσίππος restituendus. Socrus, Πενδερός. Deinde, Sodalis, Οὐσίππος de quo monet. Sonar. Vulcanius. Sodales dicti, quos una sederent, & esent: vel quod ex suo dapibus vesci soliti sint: vel quod inter se invicem suaderent, quod utile esset. Paulo Diacono Festi Epitomatori. Nonio Marcello cap. 2. num. 802. Sodales, socii. Cicero de Orat. Lib. II. Quod tamen eum defendere, qui mihi sodalis esset.

4. Clens, Πελάλης. in Onomast. Vetere. Obiter fias.  
Atelichis quod sint. Πελάλης. διὰ τὴν ἀναγκάσιον τροφὴν  
 μετὰ δασύωντες, δαίριες μισοδαμοί. ἀπὸ τῶ πέλας,  
 ἢ δριμύτατα. iuxta emendatam lectionem. Clens, qui &  
Clenta quondam.

## Lectio: Literar.

1. Causa, docet factum: 2. Ratio, solvit obscura.
1. Causa, Αἰτία, Πρόφασις, Dinn. in Glos. Philox. causam defendit causidicus, dum excusat factum, cuius causa litigatur, quod alter accusat, et sic causa facti excusatio

Causa et Res saepe iunguntur, quae ita differunt, ut Totum et Pars. nam res totum negotium significat; causa vero negotii pars est, quae praecipue agitur.

2. Ratio, Λόγος, Αναλογία, Ἐπίστος. Glos. Philox.

1. Nomen, proprium indicat: 2. Vocabulum, diffundit significationem.

1. Nomen, ὄνομα. in Onomast: Vetere. dictum est Festo, quasi novimen, quod notitiam facit. Nonio Marcello cap. 4. num: 324. est proprium vocabulum singulorum.

2. Vocabulum, προσήγορα. in Glossis Philoxeni. λέξις.  
in Vetere Onomastico.

## Lectio: Literar:

1. Horret corpus: 2. Trepidat motus animi.

1. Horruit, Ἐφείδεν, Ἐφάβηται in Glossis Philoxeni

2. Trepidare, Τρέψω, Ἀγωνάω, Φοβέσθαι in Gloss. Philoxeni. sic & Trepido, Ἀγωνίω, Δειδιώ, Πέλομαι, Πέλομαι ἵπποβοοι, Vulcano ἰπὸ δαυ.

1. Querimus disciplinam: Inquirimus, de quo dubi-  
tamus: Desideramus vel quod diligimus, vel  
quod amamus.

1. Quero, Προζηω, Ζητω. in Glos. Philoxeni.

2. Inquiro, Ἐξετάζω. in Vet. Onomastico.

3. Desiderat, Ἐπιζητέω. in Glos. Philoxeni, & Desiderant,  
Ἐπιδοῦναι. etiam in Onom. Vet. Desidero, Ἐπιποδέω.



## Lectio: Literar:

1. Temerarius, qui sine respectu salutis obicit se  
periculis: 2. Audax, sine ratione impetum facit:  
Ergo audax non providet, temerarius non timet.

1. Temerarius, Τολμηρός, Τίποκινδυρος. in Glos. Philoxeni.  
Temerarius, Παράβολος. in Onom. Vetere.

2. Audax, Θραύς, Τολμηρός. in Glos. Philoxeni.

1. Longum proverbium est, itaque verbum illi op.  
ponitur: 2. Longinquum itineris est.

4.

## Lectio: Literar:

1. Felix, ita natus est: 2. Fortunatus, cum opibus  
nomen accipit. Itaque felix, natura bono fructu  
Fortunatus, commodo temporis.

1. Felix, an à Græco Εὐχῆς Helychio etiam uos, κα-  
λός. & inter alia? Veteribus à Ferendo derivabatur, sic  
Festo interprete. Felices, arbores lato dixit, quæ fru-  
ctum ferunt, infelices, quæ non ferunt.

2. Fortunatus, Ευτυχῆς. in Vet. Onomastico

enim Fortunare est prosperare & omnibus bonis augere.  
Nonio Marcello cap. 2. num. 313.

1. Festas, est pars anni: Astus, calor temporis.  
Festus, à nimio calore nomen accipit: Festas,  
nomen non amittit, etiam si temperata est.
2. Astus, ἄστος, ἄστια. in Glos. Philoxeni. Tempus anni  
tertium Varoni de Ling. Lat. v. ab astu Festas  
dicitur. Nisi forte à Γρασο ἄστος dicitur.
3. Astus, ἄστος, ἄστια. in Onomastico Vet. enim Nonio  
Marcello cap. 4. num: 40. explicatur. Astus, Solis  
& a fivi temporis flagrantia. in illis Virgilio Georg. III.  
Astibus in mediis umbrosam exquirere vallem.

## Lectio: Literar:

1. Citius, proverbum qualitatis prelativa, simile cognomini. 2. Pro maturius est etiam significans tiam habens. Vt. Jam lesi ante tempus citius, ut loquantur: non ostensio qualitatis nec certi temporis: At 3. celeritas, sui temporis est perfecta.

1. Citius omnino comparativum, est, à citum in positivo, quod celere explicatur Nonio Marcello cap. 4. num. 84 in illis Sallust: Catilina Bello: Modo citius, modo tardus in cessus eius. Dixeris supinum vel participium praeteritum passivum, à cio, Graecis κίω vado. Heff: κίω. κίω. ἐλάω, παδίω, προσάω vel à άω, κίω. redditur in Onom. Veter. solet enim v & in aliis ac n exidere. Citatus, Celer, Citus, Οίω. Sic in Excerpt. è Vett. Glos.: Citius Ταχίως. Sic Celer & Citus, Ταχίως. in Glos. Philoxeni.

2. Pro maturius, notatur Vulcanio locus hic suspectus.

3. Celeritas, Ταχύτης. in Glos. Philoxeni.

1. Simul, locum demonstrat: 2. Vna, congregationem.

4. Simul, Οἷός κί Αἴα. Simul, Οἷός. in Glos. Philoxeni.

2. Vna, Οἷός. in Onom. Vetere.

## Lectio: Literar:

1. Cominus & 2. Eminus, de iaculis; quod illud, à manibus non recedit; hoc, à manibus emittitur.

2. Eminus, Εἴς. & mox Παγαπήδιον. Dein Ἄνωθεν, Μαρσόδωρ. Statim, Eminus, Ἄνω. Vulcanio emendatum legeretur Ἄνωθεν. Mox, Ἀπεσῖος, Διὰ δὲ in Glos. Philoxeni. Sed annon Cominus, Εἴς. Cominus, Παγαπήδιον.

1. Parfi, semel: 2. Peperci, saepius.

1. In Glos. Philoxeni, Parivi, quod est, Vulcanio emen,  
datur. Parvi tibi, Πείδουαι 68. Parfi, non peperci,  
ait Cato in eadem oratione. Scio fortunas secundas  
negligentiam prendere solere; quod uti prohibitum irem,  
quod in me esset, meo labori non parfi. ut docet nos  
Festus, qui statim monet, quod ipse Cato parfi tamen  
pro peperci adhibuerit.

2. Peperci, geminatum, frequentat.



## Lectio: Literar:

1. Dicimus, quod volumus: Loquimur, invicem: Narramus, quod ignoratur.

1. Dico, is, λέγω. in Onom. Vetere.

2. Loquor, λαλώ. in Gloss. Philoxeni.

3. Narro, as, ἀνυπόκει. in Onom. Vetere.

1. Vultus, proprie hominis: 2. Os, omnium: 3. Facies, plurimum.

1. Vultus, ἴδος, ὄψις. Vulcanio ὄψις. in Glos. Philoxeni. Ἰδέσσωρον. in Onom. Vetere. tam in masculino, quam in neutro genere appellatur, indicante Nonio Marcello cap: 3. num. 260. & cap: 3. num: 24. Vultus & Facies hoc distant. Vultus, est voluntas, qua pro motu animi in facie ostenditur. Facies, ipsa oris species. proinde Vultus movetur ac fingitur.

2. Os, οὐς, Στόμα. in Glos. Philoxeni. Nonio Marcello cap: 6. num. 60. Os rostrum, vel faciem hominum tantum dici putant, sed etiam alicuius rei omne patens accipi potest.

3. Facies, Ἰδέσσωρον. in Onom. Vetere. Legatur Nonius Marcellus cap: 1. num: 262. "Faciem totius corporis formam, Ἰδέσσωρον, id est, os posuit antiquitas prudens, ut ab aspectus species, & à fingendo figura; ita à factura corporis Facies."

## Lectio: Literar:

1. Memoriosus, habet ad dicta factaque referenda memoriam: 2. Memor, beneficii memoriam vel iniurias refert. Ita memoriosè qui facit, ostendit in omni re naturae bonum: Memoriter, gratum vel fortem ex eo ostendit, quod vel retribuit beneficium gratè, aut iniuriam vindicat fortiter.

1. Memoriosus, Μνησων. in Glos. Philoxeni. μνησωνος. in Vet. Onomastico. Si quid Paulo Diacono tribueres. Memoriosus, memoriosior, & memoriosius, & memoriosissimè facit.

2. Memor, beneficii memoriam vel iniurias refert. Vulcanio legeretur retinet.

ad Corn: Frontonis Fragmenta.

1. Ordinatio, simplex est: 2. Dispositio, vaga.
3. Ordinatio, Xezolovia. in Glos. Philoxeni.

1. Consideratus, proverbium ex cognomine. 2. Confidens,  
rantius, ex participio.

1. Dedicatur Deo: Consecratur, quasi sanctum con-  
stituitur. hoc est, Dedicatur Deo, quod illi debetur:  
Consecratur, quod prophanum fit.

1. Dedico, Ἐκδεδάξω. in Vet. Onomastico. Nonius Marcellus  
cap. 4. num: 121. Dedicare est dicere. vel affirmare,  
adferere, adferere ut observat Varro ad Plautum  
in Mil: III. 2. x. 30.

Dedicat, καδιδάξω, Ἀφροδίτη. in Glos. Philoxeni. simplex

Dicare, ἄσφα, Ἀφροδίτη. Dicatus, καδιδάξω, ἄσφα,  
Ἀφροδίτη. Sic in Onom. Vet.

Dico, ἀσφά. Dedico est velut Deo dico,  
nimirum dicere notat constituere, tradere, ac nos docuit.

Nonius Marcellus cap. 4. num. 129. & dedicare dicendo  
deserere. interprete Festi Epitomatore in Delicata.

2. Consecravit, καδιδάξω. in Glos. Philoxeni. Voveo,  
Consecro, Ἀφροδίτη.

## Lectio: Literar:

1. Quatenus, qua fine: 2. Quatinus, quoniam.

1. Quatenus, Ἐπειδὴ, ὅτι, ἀπὸ τῆς καὶ Ἐπιτομῆς. in  
Glos. Philoxeni. emendaret Vulcanius ὅτις ἄν, ὡς δὲ

2. Quatinus, ὅτι. in Vet. Onomastico.

ad Corn. Frontonis Fragmenta.

57.

1. Voluntas, facto gaudet: 2. Voluptas, fieri cupit.

1. Voluntas, Βέλγηα. in Vet. Onomastico.

2. Voluptas, Ηδονή, Τέρψις. in Glos. Philoxeni.



Lectio: Literar:

1. Novissimum, ordinis: 2. Ultimum, orbis.

1. Furtim, cum incipit: <sup>1.</sup> Furaciter, quasi artificiose, à con-  
suetudine involandi: <sup>2.</sup> Furtivè, quod iam ablatum.

Ergo furtim & furaciter furax, furtivè lous facit.

1. Furtim, Ναδρα, Νεθυδ'ολος. in Gloss. Philoxeni. Ναδραίος.  
in Onom. Vetere

## Lectio: Literar.

1. Imum, summo respondet: 2. Infimum, ut infra humum.

1. Imus, Κατώτατος. in Onom: Vetere.

2. Infimum, Ὑψίστος, Ἐσχατός. in Glos. Philoxeni. Infimus, Κατώτατος. in Vet. Onomastice. Varroni de Lang. Lat: IV. " Vbi nunc est Roma, septem montium demissior infimus locus. Infimus humilimus quod in mundo infima humus.

1. Commodat, mutuum pecuniam: Accommodat, aptat.

1. Commodo, αἰ, Συνοφελῶ. in Onom: Vetere. Commodo,  
Φοῦδ. in Glos. Philoxeni. Commoda, Ἀφῆσιν. Nonio  
Marcello cap. 4. num. 107. Commodare est mutuare, etiam  
cum commodo dare.

2. Accommodat Nonio Marcello cap. 2. num. 21. adiungit,  
applicat. Accommodatum, adiunctum. cap. 4. num. 30. ubi  
& Accommodare, adhibere.

## Lectio: Literar:

1. Fulget, natura: ut ignis, sol: 2. Splendet, artificio: ut aurum, argentum.

1. Fulget, λαμπρει. in Glos. Philoxeni.

2. Splendet, λαμπρει, Στιδβει. in Glos. Philoxeni.

1. Meret, precium: 2. Meretur, gratiam. Itaque illud  
vectigale, hoc honorarium est.

1. Merit, an non Meret? Tediū em̄ analogas. Merit,  
κατηχουδ. in Dios. Philoxeni. Meret, meretur. Nonio  
Marcello cap. 4. num. 296. militat, etiam humillimum  
& fordidissimum quaestum capit.

Plauto in Moftell. 1: 5. n. 125. Mereri pro emere.

2. Meretur

## Lectio: Literar.

1. Pedale, mensura est pedis: 2. Pedule, verò sub pedibus  
praestat utilitatem.

1. Pedale, Ποδομαγειον. Pedale, Ποδιον. in Glos. Pia,  
loxeni.

1. Araneum, quod textum est: Aranea, qua textit.
2. Araneum

3. Aranea, Ἀράχνη. in Gnom: Vetera. qua textit, etiam  
Araneus in masculino, interprete Nonio Marcello cap. 3. num: 12.

sed & aranea simplicitas pro tela, adhibetur



## Lectio: Literar:

<sup>1.</sup> Opinio, hominem suspectum facit: <sup>2.</sup> Fama, vel commenda-  
 dat, vel destruit: Opinio, ostendit: Fama, indica-  
 cat: <sup>3.</sup> Rumor, tumultuatur.

<sup>1.</sup> Opinio, Δόξα, Ἰπρόληψις, Ἐπίγνωσις, Σίνοψις. in Gloss.  
Philoxeni. Opinio, Δόκησις. in Onom. Veteris.

<sup>2.</sup> Fama, Φήμη. in Gloss. Philoxeni.

<sup>3.</sup> Rumor, Ἐπίλησις, Ἐπίλησις. in Gloss. Philoxeni.

1. Querimonia, certa rei est: Querela, supervacua est. Itaque prior gravitatis est, posterior levitatis.

1. Querimonia, Μέριμνα. in Glos. Philoxeni.

2. Querela, Μέριμνα καλαία. in Glos. Philoxeni.

## Lectio: Literar:

1. Transfuga, suos reliquit; & ad alios venit: Let.  
Fuga, supplex est. Ergo transfuga, ut adius  
 vetur fit perfuga.
1. Transfuga, Ἀνρόποδος. in Glos. Philoxeni. Anon.  
 Ἐλύς. in Onom: Vetere.

2. Perfuga, Ἀνρόποδος. in Onom: Vetere. Testo. Perfugam  
 " Gallus Felix ait, qui liber, aut servus, aut hostis  
 " sui voluntate ad hostes transierit, qui idem dicitur  
 " transfuga. quanquam sint, qui credant perfugam esse,  
 " non tam qui alios fugiat, quam qui ob spem commo-  
 " dum ad quempiam perfugiat. Perfuga & Trans-  
 " fuga dicitur Paulo Diacono, quod ad hostes per-  
 " fugiat & transfugiat.

<sup>1.</sup> Hunc & <sup>2.</sup> Illum in proximo notant: Illum, ostendit  
quidem longe stantem, sed in conspectu: <sup>3.</sup> Eum, absentem  
refert.

1. Hunc, Tšlov. in Glos. Philoxeni. aliquando dubitari,  
an non Eum, Avlov reddunt eadem Glosse legendum,  
ex eo, quod sequitur.

<sup>2.</sup> Ille, Exčivos. in Glos. Philoxeni

<sup>3.</sup> Is, Očulos. in Glos. Philoxeni.

## Lectio: Literar:

1. Glorius, unius est gloria: 2. Gloriator, non habet casum  
